



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

De Ministro Baptismi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40295**

*De Ministro Baptismi.*

**QVÆRITVR IV.** Num valeat baptismus in necessitate à muliere collatus infanti. Respondet in colloquiis symposiacis Lutherus, valere, hac tamen leges Tit de baptis- si mater ut minimum, duas vel tres alias mulieres aduocan-  
mo. das curet, quæ de baptismō collato testimonium coram Eccle-  
sia perhibeant: quia in ore duorum vel trium testium, stat  
omne verbum.

*Antipharmacum.*

**BAPTISMI** valor non pendet à præsentia vel absen-  
tia testium; sed à voluntate & institutione Christi: ne-  
que enim dixit Christus: *Baptizantes eos præsentibus testi-  
bus in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti;* nam testium  
nullam penitus mentionem fecit.

**Quæritur V.** Num valcat Baptismus, si nemo testium  
intersit, sed sola mater vel alia quæcunque mulier in-  
fantem baptizet. Respondet Lutherus in colloquiis  
mensalibus. *Si mortis periculum infanti impendeat, neque  
tempus finat, ut restes aduocentur, infantem à matre baptiza-  
ri debere; neque de veritate baptismi, vel de salute infantis,  
si moriatur, dubitandum esse.* Rectè hæc Lutherus; nam vt  
baptismus validè conferatur, non eget ylliū alterius te-  
stimonio. Sed iam

**Quæritur VI.** Quid faciendum, si infans hoc modo  
clam baptizatus superuiuat. Respondet Lutherus: Idem delirium  
tradit Hunnius, de baptis-  
mo cap. 13.

*Nullum verbum mater de huiusmodi baptimate infanti col-  
lato facere debet: sed penitus silere: & postea infantem,  
Christianomore & ritu ad baptismā publicum adferre, vt ba-  
ptizetur.*

C.

Anti-